**4590** Mercurio | Arverno[1] | M. Iulius | Audax | pro se et | suis l. m. *(in unoquoque latere: arbor).*

*Inter Novaesium (Neuss) et Krefeld rep., prope praedium Gripswald, non longe a Rheno et Gelduba, est in museo Bonnensi (Brambach n. 256 vidit).* — 1) *Alia ara eiusdem dei una inventa est (Brambach 257), cf. praeterea Brambach 2029. Mercurius Arvernus is est cuius praecipua sedes apud Arvernos fuit, cf. infra N. 4600.*

---

**4591** Adverno *(sic)* | L. Valerius | Atticus | [*i*]mp. i[*p*]s.[1]

*Coloniae Agrippinae (Klein Ann. Rhenan. 90, 1891 p. 199).* — 1) *Sic litteras evanidas supplevit editor.*

---

**4592** Mercurio | Arvernorigi[1] | Cossillus d|onavi es visu | letus libes merito.

*Miltenberg (XIII 6603 = Brambach 1741 vidit Zangemeister).* — 1) *Cf. Hirschfeld C. I. L. XIII p. 194ª.*

---

**4593** *(eques, quem bestiae duae invadunt)* deo Mercurio Kanetonnessi[1] G. Propert. Secundus v. s. l. m. *(In parte aversa disci)* p. III :: [2]

*Berthouville in Normandia rep., discus argenteus, iam Parisiis (XIII 3183, 23 vidit Hirschfeld). Una reperta sunt multa alia vasa argentea eidem deo dicata (XIII 3183, 1 seq.).* — 1) *Kanetonnum olim dictum fuisse locum quo titulus rep. est recte fortasse coniecit Lenormant.* — 2) *Pondo libras tres trientem (sextantem significari putant, scilicet :: posito pro ═, propter verum pondus disci).*

---

**4594** Mercuri | Channini | . . . . .[1]

*Rohr prope Blankenheim (Freudenberg Ann. Rhenan. 53, 1873 p. 173; Wiedemann ib. 92, 1892 p. 272).* — 1) *Vestigia incertarum litterarum. De Mercurio Channinefatium cogitavit primus editor, cf. Scherer Sitzungsber. der Berl. Akad. 1884 p. 577 not. 1 (aliter Much Zeitschr. für deutsches Alterth. 35, 1891 p. 208).*

---

**4595** Mercurio | Cimbrio | *(reliqua, partim detrita partim ut videtur erasa legi non potuerunt).*

*E monte Heiligenberg (prope Heidelberg) translata Handschuchsheim, iam Heidelberg (XIII 6402 vidit Zangemeister).*

---

**4596** in [*h.*] d. d. deo | Mercurio | C[*im*]briano[1] | aed.[2] cum si|gillo et ar|am posuit | Marcellin|ius Marcianu|s cor.[3] coh. IV Aq. | v. s. l. l. mer., Fau|stino et Ru|fino cos.[4]

*Mogontiaci (XIII 6742, Brambach 1284 semel descripta saec. XVII).* — 1) C.mabriano *vel* mambriano *traditur. Mercurio Cimbriano dedicati sunt etiam tituli Miltenberg rep. XIII 6604. 6605. Hunc quoque titulum in regione Miltenbergensi repertum esse coniecit Zangemeister (XIII l. c.)* — 2) *Aediculam.* — 3) *Cornicularius.* — 4) *Traditur* coss. *(a. 210).*

---

**4597** deo | Mercurio | Cimiacino | aram turariam | M. Paternius | Vitalis, qui | aedem fecit et | signum posuit, | v. s. l. l. m. | Dedicat. III kal. Octobr. | Gentiano et Basso cos.[1]

*Ludenhausen prope Epfach (Abudiacum) Raetiae rep., deinde Augustae Vindelicorum (III 5773 vidit Mommsen).* — 1) *A. 211.*

---

**4598** deo Mercurio Cisso|nio Dubitatia Castula | natione Syria templum | et porticus vetustate | conlabsum denuo de suo | restituit.

*Vesontione rep. (XIII 5373 aliquoties descripta saec. XVII). Alii Mercurio*



archive.org